



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput VII. Quædam sunt beneficia personalem residentiam requirentia,
quædam hanc non requirentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

jure alterius est. Unde collator poterit acquiescere resignationi factæ digno, relicto digniore, *Diam. p. 2. nr. 19. res. 41* ubi ex Aragonio allegat præxim etiam summi Pontificis. Sunt nihilominus pro opinione contraria diversi Authores, inter quos *Vasq. Sot. Card. dissert. cit. n. 45.* limitat quoque *Less. l. copriorem* sententiam à se doctam in hæc verba: Quamvis si multò dignior se offerat, vel in promptu sit, charitas boni communis obligat, ut hic præferatur.

C A P U T VII.

Quadam sunt beneficia personalia residentiam requirentia, quadam hanc non requirentia.

EX parte ministerii Ecclesiastici personaliter, sive in persona propria à beneficiato, in Ecclesia præstandi, opportunam beneficii facies divisionem, in beneficia, quæ personalem residentiam requirunt, & in ea, quæ hanc non requirunt.

Explicatur, Hæc autem personalis residentia, quid sit residentia, & est assiduitas commorandi, sive sub-

Subsistendi in loco beneficii propter quâ ratione
 servitium Ecclesiasticum persona aliqua
 liter explendum : quam licet de beneficia
 jure communi omnia omninò be- hanc non
 neficia exigant, beneficium enim exigant.
 datur propter officium à beneficia-
 to præstandum : Sunt tamen de fa-
 cto aliqua, quæ ex usu & consue-
 tudine, speciali jure aut privilegio
 personalem residentiam non re-
 quirunt, & de his intelligendi sunt
 Canones, quando dicunt, aliqua
 beneficia præsentiam beneficiati
 non requirere : Priora personalem
 residentiam requirentia, sunt im-
 primis omnia beneficia curata, sive
 curam animarum habentia : *Trid.*
sess. 23. c. 1. de reform. Episcopis
 enim & Parochis, aliisque curam
 animarum gerentibus, non solum
 ex jure Ecclesiastico, sed etiam di-
 vino incumbit oves suas agnosce-
 re, pro his Sacrificium offerre, ver-
 bi divini prædicatione, Sacramen-
 torum administratione, bonorum
 operum exemplo pascere, paupe-
 rum aliarumq; miserabilium per-
 sonarum curam paternam gerere,
 &c. *Vid. Trid. l. c.* quæ sanè sine
 personali residentia fieri non pos-
 sunt : unde cum is, qui curam ani-
 marum gerit, obligetur ad residen-
 tiam

Assignantur
 beneficia
 residentiam
 requirentia.
 Hujus ge-
 neris sunt
 imprimis
 curata.
 Idque non
 solum jure
 Ecclesiasti-
 co, sed etiã
 Divino.

82 De Natura & Speciebus

tiam personalem propter salutem ovium sibi commissarum, non poterit has deserere ob aliquod suum temporale commodum, neque ob periculum propriæ personæ declinandum, nam bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.

Poteritne beneficium curatum aliquando per Vicariū administrari.

IOAN. 10. Quod si attentis circumstantiis loci, temporis, &c. Ecclesiæ & subditis utilius, aut saltem æque utile fore videretur, ut Episcopatus aut Parochia per vicarium administraretur, definit quidem jus naturale & divinum obligare ad residentiam, eò quòd Ecclesiæ & subditis iustas ob causas per Vicarium sufficienter provisum sit; obligabit tamen jus Ecclesiasticum, in quo Pontifex dispensare potest & sæpè solet. Sicut autem ex indulto Pontificio induci potest, ut Episcopus aut Parochus non residens curam exercent per alium: sic etiam ex consuetudine temporis immemorialis, quæ privilegio æquivalet, obtineri potest, ut citra personalem residentiam Ecclesiæ per Vicarium perpetuum aut temporalem sufficiente prospiciatur, *Vide Nav. cons. 21 de Cler. non resident. edit. 2.* Caterùm *Trid. l. c.* permittit Episcopis, ut ab

Quanto tempore E-

ab Ecclesiis suis duorum vel trium mensium spatio, Parochis vero solo bimestri, hoc est, duorum mensium spatio, idque vel continuè vel interruptè singulis annis, ob justam causam & citra damnum suarum ovium abesse possint. An autem causa, ob quam Parochus abest, ab Episcopo cognosci & approbari debeat, cum de mente Trid. non satis clarè constet, dubium est inter Authores. *Nav. in manual c. 25. n. 121.* cum aliis Authoribus censet, quamcunque causam, etsi ab Episcopo non cognitam aut approbatam sufficere, quæ ipsi Parocho justa videatur. Quam *Navarr.* sententiam *Azor.* pro probabili habet *p. 2. lib. 7. c. 4. V. Bonac. de obligat. Benefic. disp. 5. p. 3. n. 6.* ubi ait, sacram Congregationem declarasse, Parochum, si absque licentia per bimestre ex justa causa absit, saltem non peccaturum graviter. *Less. lib. 2. de just. c. 34.* arbitratur mentem Concilii esse, ut nullo unquam tempore absit sine licentia Episcopi, eò quòd verb. Trid. sint: *Quando- cunque eos abesse contigerit, debere causam esse prius cognitam & appro- batam per Episcopum.* Sed paulò

post subjungit : credo tamen non esse receptum. Optimè facies, si consuetudinem tuæ Diœcesis hac in re sequaris. Qui longiore tempore ultra bimestre sine causa absunt, peccabunt graviter, nisi materiz parvitas v. g. absentia quatuor aut quinque dierum, vel alia gravis causa per episcopiam excusationem præbeat, ut cum est periculum in mora, & superior adiri nequit pro impetranda licentia. Quia agunt contra obligationem in re gravi, nec fructus faciunt suos, aut tutâ conscientiâ retinent, etiam si nulla judicis declaratio vel sententia accesserit, *Trid. l. c.* quod tamen *Laym. lib. 4. tit. 2. c. 6.* censet non eo rigore receptum, quando per absentiam notabiliter Ecclesiæ non nocuit, utpote quam per idoneum Vicarium interim administravit. Ubi nota ex *Bonac. tom. 1. disp. 5. de onere & obligatione beneficiariorum p. 1.* Curatum dici &

An Curatus
censeatur
abesse, quâ-
do aliquot
horis abest
ab ambitu
sue Paro-
chiz, etiam
recreatio-
nis gratiâ.

censeri residentem, etiam si à Paro-
chiz sue ambitu aliquot horis
absit etiam recreationis gratiâ,
quia modicum pro nihilo reputatur,
& qui aliquantisper abest, si statim
sit reversurus, non censetur abesse,
nec hujusmodi absentia per se lo-
quende

quando in notabile subditorum
 damnum vergere potest. Alia fo-
 ret ratio, si tribus aut quatuor mil-
 liantibus à Parochiæ finibus abes-
 set, quia hæc absentia grave subdi-
 tis nocumentum & salutis pericu-
 lum auferre possiet. Deinde Digni-
 tates, Canonicatus, Præbendæ, vel
 portiones in Ecclesiis tam Cathed-
 ralibus quàm Collegiatis, quæ
 juxta decretum *Trid. sess 24. c. 12. de reform.* Beneficiati n̄ intra an-
 num ultra tres menses ab Ecclesiis
 suis abesse non patiuntur. Verùm
 hæc constitutio in multis Ecclesiis,
 præsertim Germaniæ, usu recepta
 non est, nam alicubi medio tantum
 anno, alibi tribus solum mensibus
 residere coguntur, imò quibusdam
 locis tempore breviori. *V. Laym. l. c. c. 6. Bonac tom. 1. de onere & oblig. Benefic. disp. 5. p. 5.* Hujusmodi au-
 tem beneficiati, qui eo tempore,
 quo juxta morem Ecclesiæ suæ re-
 sidendum est, illegitimè absunt,
 per sententiam judicis, fructibus
 sunt privandi. Et primò quidem
 anno mediâ parte fructuum, si i-
 terum absint, omnibus, imò si con-
 tumaces existant, etiam beneficio
 spoliandi sunt, prout decernit *Trid. sess 24. c. 12. de reform.* Porro cau-

Item Digni-
 tates, Cano-
 nicatus,
 Præbendæ,
 vel portio-
 nes in Ec-
 clesiis Ca-
 thedralibus
 & Colle-
 giatis
 Quanto tẽ-
 pore hujus-
 modi bene-
 ficiati intra
 annum ab
 Ecclesia ab-
 esse possint.

Statuuntur
causa, pro-
pter quas
beneficiat^o
absentiam
longiorem
vel etiam
perpetuam
petere &
obtinere
potest.

ſæ propter quas beneficiatus licen-
tiam petere & obtinere poteſt, ut
ultra jam dictum tempus à Trid.
conceſſum longiore tempore, vel
etiam continuè à loco beneficii ab-
eſſe poſſit, dummodo curæ & offi-
cio divino debitè provideatur, aſſi-
gnantur à Trido cit. cap. 12 qua-
tuor: Prima eſt Chriſtiana chari-
tas, ut ſi quis abſit à loco beneficii
ad ferendam opem proximo v. g.
ad odia & lites componendas. Se-
cunda eſt urgens neceſſitas, ut ſi
quis abſit propter corporis infir-
mitatem, aëris intemperiem, capi-
tales inimicitias, &c. vel etiam ob
piam peregrinationem, aliãve ſi-
milem honeſtam & gravem cau-
ſam: *V. Garc. p. 3. c. 2. n. 393*
Tertia eſt debita obedientia, ut ſi
abſit ex mandato Papæ, ejus Le-
gati aut Episcopi, obſequium &
officium juſtum ac debitum impe-
rantis: *Azor. par. 2. lib. 7. c. 4.*
Vel beneficiatum ad ſuum ſervitiũ
in Eccleſiæ utilitatem aſſumentis,
prout conceditur Episcopis *in cap.
ad audientiam de Cleric non reſi-
dent.* poſſe habere duos Canoni-
cos in ſui ſervitio ad Eccleſiæ uti-
litatem, quam facultatem DD. ex-
tendunt ad Legatum Pontificium,
limi-

limi-

limitatè ad Cardinalem non Episcopum, cui unus Canonicus sui tituli, sicuti Prælate Ecclesiæ Collegiatæ, unus suæ Ecclesiæ in obsequio esse potest. Verùm ut obsequia & iusta officia imperentur curatis, aut dicta servitia illis deferantur, id sine gravi causa fieri non debet, puta quia Ecclesiæ necessitas & magna utilitas hoc exigit, *V. Laym. Bonac. ll. cc.* Quarta est evidens Ecclesiæ vel Republicæ utilitas, ut si quis absit ob negotium Ecclesiæ, vel vocetur ad Synodum Diocesanam, Provinciam, Imperatoriam, &c. aut studiorum causâ. Sic studium Theologiæ vel juris Canonici permittitur ad quinquennium. Utriusque autem doctio, quamdiu quis voluerit, nisi fortè Curatus sit, hujus enim diurnam absentiam, ut rectè monet *Laym. l. c.* necessitas vel major Ecclesiæ utilitas excusare debet. Nec ad docendam vel audiendam Theologiam aut jus Canonicum requiritur licentia Episcopi aut Prælati, quia Pontifex ad hoc facultatem concedit, *in cap. super specula, de magistris* Ad litteras autem humaniores, & philosophiam requiritur licentia Episcopi

pi, nisi alicubi contraria vigeat, consuetudo, *V. Less. lib. 2. c. 34. sub 29.* Licentiae studendi per septennium, quam jure antiquo Episcopus dare poterat promoti ad Parochiam, videtur jure novo Conc. Trid. derogatum esse, quia *juxta Trid. sess. 22. cap. 4. de reform.* nullus hoc tempore admitti debet ad Parochiam, nisi per examen idoneus repertus fuerit, *Bonc. l. c. Sa. verb. residentia*, adducens declarationem Cardinalium, & aliorum, contra alios, qui docent, Episcopos posse dare praedictam licentiam promotis ad Parochiam, dummodo intra annum post adeptam Parochiam Subdiaconi fiant, & tempore studiorum Ecclesiam per idoneum Vicarium administrari curent: *juxta cap. cum ex eo, de elect. in 6. V. Laym. l. c. Azor. part 2. l. 7. c. 5. Nav. Less. &c.* Quia Trid. l. c. quantum attinet scientiam promoti ad Parochiam non videtur voluisse corrigere jus antiquum, alioquin hoc clarius expressisset; sed solum ejusdem decretum innovare, adjiciens supradictam clausulam eo sensu irritantem, ut sub illa contineatur sive subintelligatur exceptio jure anti-

anti-

antiquo concessa : Nisi Episcopus
studiorum causâ dispensaverit Be-
 neficia personalem residentiam nõ
 requirunt sunt primò præstimonia
 , sive portiones alimoniam
 præstantes , tametsi habeant anne-
 xum onus privatim recitandi offi-
 cium Canonicum , vel etiam inter
 beneficia Ecclesiastica secundum
 quosdam numerentur. Quia publi-
 cum in Ecclesia servitium , quod
 vel per se vel per alium portionista
 præstet , non postulant. *Azor. l. c.*
cap. 3. Laym. l. c. cap. 6. Deinde
 alia quædam beneficia simplicia à
 Canonicis & aliis supradictis
 distincta v. g. Capellanix vel cer-
 torum Altarium deservituræ , &c.
 Nam hujusmodi beneficiati ex usu
 & consuetudine licitè ab Ecclesiis
 suis abesse possunt, dummodo alios
 substituunt , qui in illis debita mi-
 nisteria obeant, nec litteræ funda-
 tionum exigant , ut per se ipsos
 missas , aliave divina officia præ-
 stent. *Azor. Laym. l. c.* Denique
 ex autoritate quorundam , quos
 sine nomine citat *Azor. p. 2. lib. 7.*
c. 3. Beneficia simplicia modica
 ac tenuia. Quia nemo absque justo
 & debito stipendio pari cum reli-
 quis obligatione, militare cogitur
 Assignantur
 beneficia
 residentiam
 nona requi-
 rentia.
 Hujus ge-
 neris sunt
 primò præ-
 stimonia, s.
 beneficiis
 annume-
 randa sunt.
 Item alia
 quædam
 beneficia
 simplicia, à
 Canonicis
 & aliis
 supradictis
 distincta.
 Beneficia
 quoq; sim-
 plicia ad su-
 stentationē
 insufficien-
 tia; quam-
 vis de hu-
 jusmodi te-
 nuibus benefi-

nui benefi-
cio contra-
ria senten-
tia sit com-
munior &
probabilior.

& beneficia simplicia ad comino-
dam sustentationem insufficientia
simul cum alio beneficio haberi
possunt, nisi fortè utrumque assiduam Clerici præsentiam exigat.
Adde, quòd *juxta Dian. p. 2 tr. 12. res 9. & p. 5 tr. 5. res. 15.* tenue beneficium habeatur pro non beneficio: prout probat *ex cap. is, cui de prob. in 6.* Et habens tenue beneficium non censeatur esse Beneficiatus. Contraria tamen sententia est communior, & probabilior, quia jura indifferenter omnibus Beneficiatis residentiam præcipiunt, & Beneficiatus sibi impu-
tet, si beneficium tenue, quod respuere poterat, suâ sponte accipiet: excipe, nisi sit ex numero eorum, quæ ex usu, consuetudine, aut privilegio residentiam non postulant. Cæterum ad promovendam Beneficiorum in divinis officiis majorem frequentiam, laudabiliter institutæ sunt quotidianæ distributiones, sive, ut alii loquuntur, præsentia, quæ iis dari solent, qui stans horis divino officio intersunt (meminerint hîc, obsecro, omnes Beneficiati, in ministro Christi propter regnum Dei militanti, quique sperat partem suam aliquan-

Ad prom-
vendam as-
siduitatem
in choro
instituta
sunt præ-
sentia.

aliquando fore in sorte Sancto-
rum, admodum turpe esse, propter
ista principaliter sacra ministeria
adire, & nolle cum Prophetasalm.
33. voluntariè, totoque cordis af-
fectu sacrificare Deo suo, cuius
nomen sanctum, justum & bonum
est. Imò *D. Thom quodlibet. 2.
art. 11.* docet Beneficiatum respi-
cientem distributiones tanquam
finem sui operis principalem, com-
mittere simoniam & peccare mor-
taliter. Secus si principaliter refe-
rat suum ministerium ad Deum,
secundariò autem ad distributio-
nes, tanquam id, quod est necessa-
rium ad sui sustentationem. Idem
dicendum erit de eo, qui propter
stipendium tanquam propter finem
principalem celebrat, secus si se-
cundariò propter stipendium) Pro-
inde his, qui ab officio statis horis
absunt, dictæ præsentia competere
non possunt, nec eas faciunt suas,
quâvis, ut loquitur *Trid sess 24.
c. 12. de reform.* Beneficiatorum
collusione aut remissione exclu-
sâ, qualis foret, si ex pacto inter il-
los inito, aut vi vel metu præsentis
Canonici, distributiones, quæ sibi
ex aliorum absentia accreverant,
absentibus dare, aut ab illis præviè
acqui-

Absentibus
præsentia
non possunt
competere.

acquisitas remittere cogentur. Quia hæc fierent manifestè in fraudem legis. Donatio tamen citra pactum, vim aut metum, absenti liberaliter facta non est à Trid. prohibita. *Vid. Azor. p. 2. l. 7. c. 7.*

Quid si infirmitas aut alia justa & rationabilis causa excuset.

Dixi, his, qui absunt, &c. quod intellige, nisi infirmitas, tametsi ex propria culpa contracta sit, aut justa & rationabilis corporalis necessitas excuset: ubi nomine necessitatis ea accipitur, quâ quis videtur aut alio modo injustè impeditur, quo minùs Ecclesiam adire possit, v. g. si quis aliàs accedere solitus, senio vel alio legitimo impedimento, patâ ob injustam incarcerationem, excommunicationem, &c. à divino servitio arceatur, quia talis pro præsentibus habetur. *Laym. l. c. c. 7. Azor.*

Aut adfit evidens Ecclesie utilitas.

Nar. Eyc vid cap consuetudinem, de Cler. non resident. in 6. Vel denique adfit evidens Ecclesie utilitas: *juxta cit. cap. consuetudinem,* qualis foret teste *Laym. l. c.* & colligitur ex *Trid. sess. 24. c. 8. de reform.* Si absens à choro in eadem Ecclesia Sacramenta administraret, Missam legeret etiam ex sola devotione, aliòve simili officio occuparet. Hoc tamen locum non ha-

hab
Alt
in a
non
cun
Ber
ex
nisi
re
fac
nef
uti
dec
Bo
tur
uti
per
du
sur
Be
cu
mi
pe
fin
tar
fo
ut
De
ge
bu
ut
se

habet in illis, qui in eadem Ecclesia
 Altare sive Capellam, vel Parochiam
 in alia obtinent; quia hæc servitia
 non cædunt in utilitatem Ecclesiæ,
 cum ex obligatione à quovis sic
 Beneficiato præstari debeant: ita
ex comm. Sa. verb. benefic. excipere
 nisi ex mandato superioris tempo-
 re officii Canonici in alia Ecclesia
 sacrificet, &c. Jam enim in loco be-
 neficii censetur abesse in Ecclesiæ
 utilitatem. Verùm quia *in cap. cum*
decess. de elect. in 6. contrarium à
 Bonifacio VIII videtur esse consti-
 tutum, evidentem scilicet Ecclesiæ
 utilitatem non sufficere absenti ad
 percipiendas distributiones: hæc
 duo jura duplici viâ concilianda
 sunt. Primò Bonifacium loqui de
 Beneficiatis absentibus extra lo-
 cum beneficii, nam his jure com-
 muni *juxta Garc. p. 3. c. 3.* non com-
 petunt distributiones, etiamsi ab-
 sint ob negotia Ecclesiæ, infirmi-
 tatem, &c. non verò de illis, qui
 solum absunt à choro in Ecclesiæ
 utilitatem, prout supradictum.
 Deinde Pontificem solum intelli-
 gendum esse de iis Ecclesiis, in qui-
 bus consuetudo nondum obtinet,
 ut propter utilitatem Ecclesiæ ab-
 senti à loco beneficii distribu-
 nes

nes dentur, at non de istis, in quibus contraria est consuetudo, fundata in *supra cit. cap. consuetudinem*, prout ipse insinuat *cit. cap. cum deceat*: atque hanc doctrinam non pauci Doctores probabiliter extendunt, quamvis contraria sit communior, ad quamcunque honestam consuetudinem, quâ Beneficiari ob legitimam causam v. g. diebus aliquot in mense, aut uno alteri ôve mense quovis anno necessariæ recreationis gratiâ, &c. absentes, quotidianas distributiones percipere permittuntur: *Vid. Azor. l. c. Ubi insuper, tamen ipse contrarium sentiat, ex diversis AA. ostendit, satis probabile esse eum, qui in eadem Ecclesia duo beneficia obtinet, adeoque duplici munere fungitur, duplicem quoque præsentiam lucrari, quamvis ut rectè monet Laym. l. c. cuiusque Ecclesiæ consuetudine hîc retinenda sit. Item ex Glossa communi consensu approbatâ in Clem. ut ii, qui de atat. & qualit. distributiones, quas Beneficiari absentes amittunt, præsentibus accrescere. Quod si ex propriis aliquarum dignitatum vel officiorum fructibus pars aliqua*

Aut certè honesta consuetudo permittat, ut dentur absentibus.

Quin Ecclesia duo habet beneficia, an duplicem possit lucrari præsentiam.

Item an præsentiarum absentium præsentibus accrescant.

qua
præ
illa
sess
sen
co
ubi
nic
sun
init
rior
riar
intu
pter
star
præ
mer
ran
divi
illis
con
rute
cit
buti
offic
mo
l. 6
sun
tran
dece
Can
Arib

qua detracta foret, ut permodum presentiae darentur obtinentibus illas dignitates, &c. decernit *Trid. sess 22 cap. 3. de reform.* his absentibus, eas fabricae vel alteri loco pio applicandas esse. Ad haec, ubi consuetudo obtinet, ut Canonici ipsi in choro cantent, non possunt, si privatim & submissè horas inibi recitent, integras distributiones mereri ob solam praesentiam, quia primariò non dantur intuitu solius praesentiae, sed propter servitium, quod canendo praestari debet, & cujus causâ ipsorum praesentia requiritur; partem tamen lucrari poterunt, quia cantantibus assistendo, praesentiâ suâ divinum officium exornant. In illis tamen Ecclesiis, in quibus consuetudo est, ut Canonici substitutos sibi cantores habeant, sufficit illorum praesentia, quia distributiones isthic non dantur propter officium cantandi, sed solùm ob moralem praesentiam: *Vid. Less. l. 6 dub. 33. Laym. &c.* Interim sunt nonnulli Authores, qui arbitrantur univèrsim sufficere solam decentem praesentiam: eò quòd Canones statuunt illis deberi distributiones, qui statutis horis di-

vino

An Beneficiati non cantantes in choro, solâ praesentiâ, distributiones lucrari possunt.

vino officio interfuerint, nullâ
 cantus factâ mentione. *V. c. li-*
cet de preb. c. 1. de Cler. non resia-
dent. &c. Verùm contra hos u ho-
 res est, quod docet *Moneta de di-*
tributionibus 2. p. q. 2. n. 31. unde
cum Comitolo, sacram Congrega-
 tionem declarâsse, Canonicos mu-
 neri sacro non satisfacere, nisi in
 choro psallant. Ad hæc, distributio-
 nes dantur Canonicis, ut choro
 inserviant; qui autem non canunt,
 non inserviunt choro, adeoque
 suo officio minimè satisfaciunt.
 Nec sufficit sola assistentia; quia
 hæc primariò intenditur per ordi-
 nem ad psallendum in choro. si-
 cuti non conducitur operarius, ut
 assistat vineæ, sed ut in ea labo-
 rem sibi competentem faciat. Fie-
 ri quoque hæc ratione posset, ut
 omnes choro assisterent, nemine
 psallente. Quod quâ foret absur-
 dum, quis est, qui non videat. Ad-
 de, quod hæc opinio sit favorabilis
 cultui divino, adeoque à viris ti-
 moratis & Deum timentibus in
 praxim deducenda. Quia *summa*
ratio est, qua pro Religione facit, L.
sunt persona §. de Relig. & sumpt.
fund. Audi monentem Apostolum
 2. ad Timoth. 4. *Exerce te ipsum.*
 Pietas

Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vite qua nunc est, & futura. V. Bon. de offic. div. publicè recitand disp. 3. q. 5. p. 5 aliosque Auctores ab ipso citatos Ex quibus omnibus valdè probabiliter inferitur, Canones non nudè præsentiam; sed ipsum quoque cantum intendisse: etsi illius explicitam mentionem non fecerint. Quando annui redditus beneficii in quotidianis distributionibus consistunt; adeoq; ipsum beneficiū constituant, dicendum est de illis, quod de fructibus beneficiorum doceri solet: quorū omnes, qui ex consuetudine, privilegio, vel aliā legitimā causā absunt, participes fieri possunt. Azor. l. c. Deniq; notandum est Covarr. l. 3. resolut. cap. 13. beneficium, cujus valor exprimi debet, prout exprimendus est in beneficiis à Papa obtinendis, non solere æstimari à quotidianis distributionibus beneficio accidentalibus.

Quid dicendum, quando omnes redditus beneficii in quotidianis distributionibus consistunt. Valor beneficii an æstimari soleat à quotidianis presentis, ipsi beneficio accidentalibus.

CAPUT VIII.

Alia beneficia sunt incompatibilia, alia compatibilia.

EX necessitate residentiae personalis, beneficia rectè dividuntur in beneficia incompatibilia, & compatibilia. Priora sunt,

E

que-